



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissimi || Et Disertissimi || Maximi Planvdis, In ||  
Corporis Domini Dei No-||stri, Iesv Christi Sepvl-||chrum,  
& sacrosanctæ Dei Matris ac || Dominæ nostræ  
lamentatione[m],|| Oratio**

**Maximus <Planudes>**

**Dilingæ, 1559**

**VD16 M 1677**

Widmung

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb11072046-1**

ORNATISSIMO  
V I R O D. D. V R B A-  
NO EPISCOPO GVRCEN-  
SI, ET ECCLESIASTÆ IM-  
peratorio dignissimo Ioachimus  
Axonius salutem preca-  
tur æternam.



OSTEAQVAM, ANTISTES  
ornatissime, graui & perpetua quadam  
malorum, quæ una cum peccato in mundum  
confluxerunt tempestate, in hoc uastissimo  
duræ & calamitosæ uitæ nostræ mariacte-  
mur; infelices profectò ex miserabiles uis-  
deri poteramus, si in medijs procellis, &  
ope & consilio destituti, huic illuc incerti  
salutis nostræ agitaremur. Nunc uero cum salutaris iste Castor & Pollux  
(Christum dico Deū & hominem) nouissimis hisce diebus in ipsa ferè rerū  
desperatione nobis apparuerit, & certam fidem emergendi fecerit, quid  
est quòd dubitemus ea uti arte, quam nos uniuersi huius author & guber-  
nator docuit, ex suo ipsius digito monstrauit, ut scilicet quoties oborium-  
tur temptationum procellæ, habeamus ubiq; hæc duo, ancoram & portum,  
hoc est, tolerantiam & spem ante oculos semper parati, ut hac in magnis  
nitamur periculis, illa uero recta ad littus quietis contendamus. Hoc quis-  
dem èo facilius est nobis, quòd uia, quæ nobis insistēda est, dux ille, qui ipse  
est, & uia & uita & ueritas, suis uestigij præstrauerit & aperuerit.  
Nam quo certiores essemus animo, nō piguit illū è cœlo beatissimo, in hæc  
erumnosam descendere terram, nobis exemplo suo ostendere uolens, ut  
quemadmodum ipse, quamdiu inter homines est uersatus, omnes iniurias,  
etiam mortem ipsam, iniquissimè illatas, moderatissimè & patientissimo

A 2 animo

animo tulit, et coronam uictorie per resurrectionem suam reportarit: sic  
et nos talis magistri discipuli discamus, malum bono patientiae esse vincendum,  
et finem afflictionum nostrarum expectandum, a quo summa uoluptas nos sit ex-  
ceptura. Quae si infixa animis nostris perpetuo habuerimus, nullus unquam  
tatus nobis cum malis erit conflictus, unde non simus facile eluctaturi, nec solu-  
eluctaturi, ueruetia triumphum glorioissimum asturi. His igitur duobus anti-  
dotis, quae uirga et baculo, miseros consolari solitis significavit David: et  
oleo uinoque uiatoris illius Hierichuntai vulneribus infuso, misericors ille  
declarauit Samaritanus, qui recte uti nouerit: is demum uerus discipulus Iesu  
effectus, modo et omnibus modanis contemptis in unica domini sui uita, morte  
et resurrectione suauissime acquiescit. Quo otio cum ego iudicem, nullum ne-  
gotium esse in hac turbulenta uita, aut utilius, aut cum maiore uoluptate con-  
iunctum, perbeati illi mihi uideri solet, qui huic uni dulcedini ita se dederunt,  
ut insulsas et letiferas mundi delicias ita fastidiant, ut non amplius affici illis  
possint. Quae res efficit, ut cum his diebus oratio quedam elegans et pia ad-  
modum, a Maximo Planude in corporis domini dei nostri Iesu Christi sepulchrum,  
et diuine virginis matris lamentatione scripta in manus meas incidisset, talis  
mihi uisa fuerit: quae ad oes piorum et uere Christianorum hominum manus puen-  
re deberet. Eo non pietatis ardore est inflamata et eiusmodi παθητικη religiosi cordis grauitate incitata, ut non solu hominum animos uelut mortis stu-  
pore correptos expergefacere, sed etiam saxe a corda mouere possit. Quam  
obrem non omnino inutilē aut bonis metibus ingratā me operā nauaturū pu-  
tavi, si ē Græco in Latinū sermonem hanc traducerem, et tuae humanitati  
et maxima gloria uersatum, hoc tam leuidensi munere donandum censuerim,  
sed ut tua autoritate ad eam legendam, saepiusque ac saepius repetendam, imo  
memoriae imprimendam excitarentur multi, a quibus ut rectius posset in-  
telligi, scholiola ubi cunq; locus aliquis obscurior id postulare uisus est, ad  
ieciimus; quibus utinam aliquid utilitatis simplicibus hominibus (quales  
Christus delegit sibi discipulos) adferre possum. Abunde compensatum  
hunc qualemcumque nostrum laborem existimaremus. Quod uti fiat,  
illum precamur, qui nūquam honestis conatibus deesse  
solet. Vale Augustae Vindelicorum 12.  
Calend. Aprilis.

SAPIENS